

II. fol. 254. *Incipit commune-
loquium a fratre Johanne Walen-
se de ordine fratrum minorum edi-
tum. Ita quidem: Cum collectionis
huius que potest dici summa colle-
ctionum siue commune loquium sint
VII. partes &c.* Vides duo Nomina
ab ipso Autore huic Operi suo
theologico, historico, politico in-
dita. Adde, quibus etiam venit,
*Summa de regimine vitæ huma-
nae, et Margarita Doctorum, et*
non mirabere, si haec confusio-
nem pariant, quam nec ipse cavit
Waddingus, qui Commune loquium
a Margarita Doctorum distinxit.
Praeit vero VII. dictas Partes,
quibus omnia omnium vitæ con-
ditionum et munitiorum officia uti-
liter docentur, Conspectus earum
cum subdivisionibus, et tum de-
mum opus ipsum inchoat: *Cum
doctor siue predicator evangelicus
sapientibus et insipientibus debitor
sit &c.* Extrema sunt: *saluatoris
nostri gratia illuminante studeat
aduenire. Amabat Gualensis,
Galensis, Wallensis, Walleys,*
qui a. 1285. non in patria Anglia,
sed Parisiis decessit, *Loquia.* Re-
liquit enim praeter *Commune loqui-
um* nostrum etiam *Breviloquium,
Compendiloquium, Legiloquium,
Floriloquium &c.* ut habes apud
*Wadding. Fabric. Oudin. et Tan-
nerum,* quorum tamen nemo no-
vit Editiones principes *Commune-
loquii,* unam f. l. et a. f. alteram
Augustae per Ant. Sorg 1475. f.

DXLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 21
Folior. 448. f. per duas columnas
currente calamo exaratus, rubri-
cis tamen distinctus, et olim, ut
in anteriore theca notatum est,
*Collegij Christi Strigoniensis Com-
mentarius est in Librum IV. Sen-
tentiarum M. Petri Lombardi*
*praemisso Distinctionum, Quae-
stionum, et Dubiorum textualium*
conspectu. Opus ipsum fol. 11. ita
init: *Cum desiderarem vestris ca-
ritatibus in aliquo deseruire, et
id exposuissem venerabilibus patri-
bus Domino nostro abbati et domi-
no priori, visum est eis expedire,
ut legam quartum sententiarum
propter utilitatem materiarum,
quia in ipso tractantur maxime quo
ad septem sacramenta ecclesie. Tra-
ctationis modum mox ita aperit
Autor: Cogitavi in processu rescin-
dere methaphisicalia et philosophi-
calia, et materias subtiles et que-
stiones magis curiosas quam fru-
tuosas. Sane laudabiliter. Coeno-
bitam crederes. Est vero celeberrimus
Academiae Vien. Doctor Nicolaus
de Dinkelspübel Coenobitarum et
maxime Mellicensium O. S. B. a-
mator, apud quos et pro quibus
Commentarium hunc elaboravit
ante an. 1424. Ita enim Codex
ejus Monasterii testatur: *Lectura
M. Nicolai de Dinck. habitum cum
fratribus in Mellico. Adi, si lubet,
Mart. Kropfii Bibliothecam Mel-
lic. p. 167—71. Nicolaum vero
nostrum non in hunc solum Lib-
rum, sed in totum Magistrum Sen-
tentiarum commentatum fuisse,
jam**

1245

D O G M A T I C I.

1246

jam *Tribemius*, et post hunc alii dixere. Jam alias hic Commentarius relatus est.

DXLVII.

U. 115 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 158. 4. currente calamo, sed diversa manu exaratus, multumque ab situ et humore passus continet I. Lecturam in *Librum IV. Sententiarum* hujus initii: *Samaritanus vulnerato appropinquans. liber 4^{us}. Postquam in precedentibus libris determinavit de rebus &c.*

II. fol. 84. succedit Tractatus de *Sacramentis* in genere et specie, absque inscriptione, sed hoc initio: *Primo queritur de diffinitione sacramenti, quando dicitur, sacramentum est sacre rei signum, an sit bona &c.* Qui Tractatum hunc tanquam Dubia et Quaesita in Lecturam praecedentem respiciet, non habebit me contrarium. Ejus extrema in mucum abiere.

Laetabimur. *Werden gamayd sein. Tabernacula. Czell.*

Vagari. *Geczweiuerten.*

Pastorum. *Herter.*

Turturis. *Gurtel- et Gürteltauben. An a Girren? An a Gurt?*

Monilia. *Mirspan. Furspang.*

Tigna. *Gesperren.*

Fulcite me. *Stiuelt mich.*

Laeva. *Tenke bant.*

Apparuerunt. *Haben sich geäu- gent.*

In foraminibus. *In den luegern.*

Maceria. *Mawr an chalich.*

Cubiculum. *Slafgaden.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

DXLVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 498 ineuntis, nunc Folior. 236. f. per duas columnas probe scriptus et minio distinctus habet Sequentia: I. *Quaestiones in Librum IV. Sententiar. Petri Lombardi*, quarum tamen deperditum est Principium. Ultima Quaestio est: *Vtrum pena purgatorij infligatur animabus ibi existentibus per ministerium demonum?* Quod negatur.

II. fol. 70. p. 2. sequuntur *Cantica Salomonis* versibus latine et teutonice alternantibus, et Teutonice quidem aevo Codicis scripti vetustiora sunt. Ineunt: *Er chüßt mich mit chusse seines mundes Wenn dein prüste sind pezzer denn der wein paz riechblüde den die pesten salben. Dein nam ist ein awsgegoffens öl darumb habent dich lieb gehabt die iungen maydlein. Zeuch mich nach dir so werd wir lauffen in deinen rukch deiner salben. &c. En Glossariolum:*

Virgula. *Virgel.*

Ferculum. *Ezzenbaw.*

Sterilis. *Ein galtes.*

Labia. *Lebs.*

Cum Propugnaculis. *Mit erkeren.*

Montibus pardorum. *Pergen der liebhart.*

Pulfantis. *Chlochende.*

Qualis, talis. *Wie getan, so getan.*

Confitae a pigmentariis. *Gephalczet von den chlareten.*

Concubinae. *Slaffrawen.*

Terribilis. *Fraysam.*

I

Mala